

Ubi tamen notandum, quod melius sit, simul cum eodem spiritu sal spirituale reddere, quam saltem ab eodem rectificare.

n præsertim is, qui cum vitriolo sit præparatus.

¶ In aqua artemisiæ, vel infuso flor. borrag. & bugloss. cum violis, aut cum vino sabi-nato.

i Si ter quotidie exhibeatur in aq. vel potius arcano melissæ, multum facit; totum enim corpus penetrat, nervos à pituita, & viscidâ pituitagine liberat, & roborat, quæ in hoc morbo maximè requiruntur.

ii in decocto fragariæ.

λ cum aq. soldanelle & ebuli: præstat utilitatem in hoc casu reliquis spiritus tartari cum vitriolo confectus.

μ Initia duntaxat lepræ profligat in vino sumptus.

ν Si turbitb minerale aliquoties præcedat; postea vero spiritus tartari in aq. vel arcano hydropiperis, extremo Septembri, vel Octobri collecti, exhibeatur.

ξ pleuritidi, ut & angina prodest in aq. cardui mar. & rhoeadis.

Paracelsi  
diaphore-  
ticum in  
peracutis.

NOTA.

Paracelsus in Consil. Medic. extant. V.  
Tom. edit. germanicæ in quarto pag. 128.  
facit